



BOLETÍN ECLESIAÍSTICO

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

SUMARIO

- I. Encíclica de Su Santidad promulgando el Jubileo del año Santo.—
 II. Exhortación del Rmo. Prelado sobre la devoción al Santísimo Sacramento y al Sagrado Corazón de Jesús.—III. Circular del Obispado permitiendo trabajar en los días festivos durante la época de la recolección.—IV. Anuncio de la Junta de Colegios universitarios para la provisión de una beca vacante en el de Santa Cruz de Cañizares.—V. Novísima Instrucción sobre Beneficencia particular.—VI. Necrología.

INDICTIO

VNIVERSALIS IUBILAEI

ANNI SANCTI MILLESIMI NONINGENTESIMI

LEO EPISCOPVS

SERVVS SERVORVM DEI

VNIVERSIS CHRISTIFIDELIBVS PRAESENTES LITTERAS INSPECTVRIS
 SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDITIONEM.

Properante ad exitum saeculo, quod annuente Deo Nos ipsi prope totum emensi vivendo sumus, a nimum volentes induximus rem ex instituto maiorum decernere, quae saluti

populo christiano sit, ac simul curarum Nostrarum, quale-
scumque in gerendo Pontificatu maximo fuerint, extremum
velut vestigium ostendat. *IVBILAEVM MAGNVM* dicimus, iam
inde antiquitus in christianos mores inductum, decessorum-
que Nostrorum providentia sancitum: quem tradita a patri-
bus consuetudo *Annum sanctum* appellat, tum quod solet
esse caeremoniis sanctissimis comitator, tum maxime quod
castigandis moribus renovandisque ad sanctitatem animis
adiumenta uberiora suppeditat. Testes Ipsi sumus quanto
opere is ad salutem valuit qui postremo actus est ritu solem-
ni, Nobis videlicet adolescentibus, Leone XII pontifice maxi-
mo: quo tempore magnum tutissimumque religioni publicae
theatrum Roma praebuit. Memoria tenemus ac videre prope-
modum etiam nunc videmur peregrinorum frequentiam: cir-
cumeuntem templa augustissima, disposito agmine, multitu-
dinem: viros apostolicos concionantes in publico: celeberrima
Urbis loca divinis laudibus personantia: pietatis caritatisque
exempla edentem in oculis omnium, magno Cardinalium co-
mitatu, pontificem. Cuius recordatione memoriae ex tempo-
ribus iis ad ea, quae nunc sunt, mens acerbius revocatur.
Earum quippe rerum quas diximus, quaeque si in luce civi-
tatis, nulla re impediante, peragantur, mire alere atque inci-
tare pietatem popularem solent, nunc quidem, mutato Urbis
statu, aut nulla facultas est, aut in alieno posita arbitrio.

Uteumque sit, fore confidimus ut salubrium consiliorum
adiutor Deus voluntati huic Nostrae, quam in eius gratiam
gloriamque suscepimus, cursum prosperum ac sine offensione
largiatur. Quo enim spectamus, aut quid volumus? Hoc nempe
unice, efficere homines, quanto plures nitendo possumus, sa-
lutis aeternae compotes, huiusque rei gratiã morbis animo-
rum ea ipsa, quae Iesus Christus in potestate Nostra esse vo-
luit, adhibere remedia. Atque id a Nobis non modo munus
apostolicum, sed ipsa ratio temporis plane videtur postulare.
Non quod recte factorum laudumque christianarum sit sterile
saeculum: quin imo abundant, adiuvante Deo, exempla opti-
ma, nec virtutum genus est ullum tam excelsum tamque ar-

duum, in quo non excellere magnum numerum videamus: vim namque procreandi alendique virtutes habet christiana religio divinitus insitam, eamque inexhaustam ac perpetuam. Verum si circumspiciendo quis intuetur in partem alteram, quae tenebrae, quantus error, quam ingens multitudo in interitum ruentium sempiternum! Angimur praecipuo quodam dolore, quotiescumque venit in mentem quanta pars christianorum, sentiendi cogitandique licentia deliniti, malarum doctrinarum veneno sitienter hausto, fidei divinae in se ipsi grande munus quotidie corrumpant. Hinc christianaetædium vitae, et late fusa morum labes: hinc illa rerum, quae sensibus percipiuntur, acerrima atque inexplebilis appetentia, curaetque et cogitationes omnes aversae a Deo, humi defixae. Ex quo fonte teterrimo dici vix potest quanta iam in ea ipsa, quae sunt civitatum fundamenta, perniciet influxit. Nam contumaces vulgo spiritus, motus turbidi popularium cupiditatum, caeca pericula, tragica scelera, nihil denique sunt aliud, si libet caussam introspicere, nisi quaedam de adipiscendis fruendisque rebus mortalibus exlex atque effrenata decertatio.

Ergo interest privatim et publice, admoneri homines officii sui, excitari consopita veterno pectora, atque ad studium salutis revocari quotquot in singulas prope horas discrimen temere adeunt pereundi, perdendique per socordiam aut superbiam caelestia atque immutabilia bona, ad quae sola nati sumus. Atqui huc omnino pertinet annus sacer: etenim per id tempus totum Ecclesia parens, non nisi lenitatis et misericordiae memor, omni qua potest ope studioque contendit ut in melius humana consilia referantur, et quod quisque deliquit, luat emendatrix vitae poenitentia. Hoc illa proposito, multiplicata obsecratione auctaque instantia, placare nititur violatum Dei numen, arcessere e caelo munerum divinorum copiam: lateque reclusis gratiae thesauris, qui sibi sunt ad dispensandum commissi, vocat ad spem veniae universitatem christianorum, tota in eo ut reluctantes etiam voluntates abundantia quadam amoris indulgentiaeque pervincat. Qui-

bus ex rebus quid ni expectemus fructus uberes, si Deo placeat, ac tempori accomodatos?

Augent opportunitatem rei extraordinaria quaedam sollemnia de quibus iam, opinamur, satis notitia percerebit: quae quidem sollemnia excessum undevicesimi saeculi vicesimique ortum quodam modo consecraverint. Intelligi de honoribus volumus Iesu Christo Servatori medio eo tempore ubique terrarum habendis. Hac de re excogitatum privatorum pietate consilium laudavimus libentes ac probavimus: quid enim fieri sanctius aut salutaris queat? Quae genus humanum appetat, quae diligat, quae speret, ad quae tendat, in unigenito Dei Filio sunt omnia: is enim est *salus, vita, resurrectio nostra*: quem velle deserere, est velle funditus interire. Quamobrem etsi numquam silet, imo perpetua viget omnibus locis ea, quae Domino nostro Iesu Christo debetur, adoratio, laus, honos, gratiarum actio, tamen nullae gratiae nullique honores possunt esse tanti, quin longe plures ei debeantur longeque maiores. Praeterea num paucos saeculum tulit immemori ingratoque animo, qui divino servatori suo pro pietate contemptum, pro beneficiis iniurias referre consueverint? Certe ipsa ab eius legibus praeceptisque vita discrepans plurimorum argumento est flagitiosae ingrattissimaeque voluntatis. Quid quod de ipsa Iesu divinitate Arianum scelus non semel renovatum nostra vidit aetas? Marti itaque animo, quodquot populari incitamentum pietati consilio isto novo pulcherrimoque praeuistis; quod tamen ita efficere oportet, nihil ut Iubilaei curriculum, nihil statuta sollemnia impediat. In proxima ista catholicorum hominum significatione religionis ac fidei id quoque propositum inerit, detestari quaecumque impie dicta patratave memoriâ nostrâ sint, deque iniuriis, augustissimo Iesu Christi numini praesertim publice illatis, publice satisfacere. Nunc autem, si vera quaerimus, genus satisfactionis maxime optabile et solidum et expressum et inustum notis veritatis illud omnino est, deliquisse poenitere, et pace a Deo veniaque implorata, virtutum officia aut impensius colere aut intermissa repete-

re. Cui quidem rei cum tantas habeat annus sacer opportunitates, quantas initio attigimus, rursus apparet oportere atque opus esse ut populus christianus accingat se plenus animi ac spei.

Quapropter sublatis in caelum oculis, divitem in misericordia Deum enixe adprecari, ut votis inceptisque Nostris benigne annuere, ac virtute sua illustrare hominum mentes itemque permovere animos pro bonitate sua velit; romanorum Pontificum decessorum Nostrorum vestigia sequuti, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium assensu, universale maximumque Iubilaeum in hac sacra Urbe a prima vespera Natalis Domini anno millesimo octingentesimo nonagesimo nono incohandum, et ad primam vesperam Natalis Domini anno millesimo noningentesimo finiendum, auctoritate omnipotentis Dei, beatorum apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, quod gloriae divinae, animarum saluti, Ecclesiae incremento bene vertat, indicimus per has litteras et promulgamus, ac pro indicto promulgatoque haberi volumus.

Quo quidem Iubilaei anno durante, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis sacraque Communionem refectis, qui beatorum Petri et Pauli, item Sancti Joannis Lateranensis et Sanctae Mariae Maioris de Urbe Basilicas semel saltem in die per viginti continuos aut interpolatos dies sive naturales sive ecclesiasticos, nimirum a primis vesperis unius diei ad integrum subsequentis diei vespertinum crepusculum computandos, si Romae degant cives aut incolae: si vero peregre venerint, per decem saltem eiusmodi dies, devote visitaverint, et pro Ecclesiae exaltatione, haeresum extirpatione, catholicorum Principum concordia, et christiani populi salute pias ad Deum preces effuderint, plenissimam peccatorum suorum indulgentiam, remissionem et veniam misericorditer in Domino concedimus et imperimus.

Quoniamque potest usuvenire nonnullis ut ea, quae supra praescripta sunt, exequi, etsi maxime velint, tamen aut nullo modo aut tantummodo ex parte queant, morbo scilicet alia-

que caussa legitima in Urbe aut ipso in itinere prohibiti; idcirco Nos piaie eorum voluntati, quantum in Domino possumus, tribuimus ut vere poenitentes et confessione rite abluti et sacra communione refecti, indulgentiae et remissionis supra dictae participes perinde fiant, ac si Basilicas, quas memoravimus, diebus per Nos definitis reipsa visitassent.

Quotquot igitur ubique estis, dilecti filii, quibus commodum est adesse, ad sinum Roma suum vos amanter invitat. Sed tempore sacro decet catholicum hominem, si consentaneus sibi esse velit, non aliter versari Romae, nisi fide christiana comite. Propterea posthabere nominatim oportet leviorum profanarumve rerum intempestiva spectacula, ad ea converso potius animo quae religionem pietatemque suadeant. Suadet autem imprimis, si alte consideretur, nativum ingenium Urbis, atque eius impressa divinitus effigies, nullo mortalium consilio, nulla vi mutabilis. Unam enim ex omnibus romanam urbem ad munera excelsiora atque altiora humanis delegit, sibi que sacravit servator humani generis Iesus Christus. Hic domicilium imperii sui non sine diuturna atque arcana praeparatione constituit: hic sedem Vicarii sui stare iussit in perpetuitate temporum: hic caelestis doctrinae lumen sancte inviolateque custodiri, atque hinc tamquam a capite augustissimoque fonte in omnes late terras propagari voluit, ita quidem ut a Christo ipso dissentiat quicumque a fide romana dissenserit. Augent sanctitudinem a vita religionis monumenta, singularis templorum maiestas, principum Apostolorum sepulcra, hypogea martyrum fortissimorum. Quarum rerum omnium qui probe sciat excipere voces, sentiet profecto non tam peregrinari se in civitate aliena, quam versari in sua, ac melior, adiuvante Deo, discessurus est quam venerit.

Ut autem praesentes Litterae ad omnium fidelium notitiam facilius perveniant, volumus earum exemplis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis,

eamdem prorsus adhiberi fidem, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae vel ostensae. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae indictionis, promulgationis, concessionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo nonagesimo nono, Quinto Idus Maii, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

C. CARD. ALOISI MASELLA PRO-DAT.—A. CARD. MACCHI
VISA

DE CURIA I. DE AQUILA E VICCOMITIBUS

Loco † Plumbi

Reg. in Secret. Brevium

I. CVGNONIVS

Anno a Nativitate Domini Millesimo octingentesimo nonagesimo nono, die undecimo Maii, festo Ascensionis Domini nostri Iesu Christi, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Leonis divina providentia Papae XIII anno vicesimo secundo, praesentes litteras apostolicas in atrio sacrosanctae Basilicae Vaticanae de Urbe, adstante populo, legi et solemniter publicavi.

EGO IOSEPH DE AQUILA E VICCOMITIBUS

Abbreviator de Curia.

EL OBISPO DE SALAMANCA

Á SUS AMADOS DIOCESANOS

Os exhortábamos, amadísimos diocesanos, en el mes anterior á honrar á la Virgen Madre y Reina del Amor Hermoso con los más delicados obsequios de vuestra devoción y ca-

riño. Llégase ahora la ocasión de presentar los homenajes de la suprema adoración al Hijo excelso de Madre tan bendita, en este mes, consagrado por la Iglesia al culto del Corazón deífico de Jesús, y en el cual mes coinciden también las fiestas majestuosas de nuestro soberano Rey y Señor en el augustísimo Sacramento de los amores.

Nos ha querido dejar la bondad de Dios una prenda y arra preciosísima de su inagotable caridad para con el hombre y un recuerdo y memorial perenne de su sagrada pasión, en el Sacramento de la Eucaristía, para que allí acudamos á avivar nuestra fe, á buscar luces y orientación segura en el derrotero de la vida, á encontrar alientos vigorosos para el alma desfallecida, y gozarnos en los vislumbres de la gloria que tiene reservada á los que le temen y los que le aman.

Pan de vida, y vida inmortal es Jesucristo sacramentado para las almas que sienten hambre y sed de la justicia. Y Él nos invita amorosamente á que comamos de ese pan, que es su mismo adorable, santísimo cuerpo, para saciarnos en divinos deleites; y se acerca á nosotros, y nos une á Él, y nos transforma, y engrandece y dignifica, con engrandecimiento y dignificación sobrenaturales. De ahí la ardiente y hermosísima exclamación de San Agustín: *O sacramentum pietatis; o signum unitatis; o vinculum caritatis! Qui vult vivere, habet ubi vivat, habet unde vivat; accedat, credat incorporetur ut vivificetur.*

Acerquémonos, pues, amadísimos hijos míos, con dulces ansias, con ardorosos impulsos, y no una vez, sino con la mayor frecuencia, al que nos brinda la vida de la gracia, la vida de la santificación, la vida de la gloria.

Y resuenen en la real presencia de Jesús en el Sacramento himnos de alabanza de honor y bendiciones. Que digno es el que está sentado en el Trono, al que los ángeles adoran incesantemente, de los homenajes de toda la creación.

Y que no se interrumpa, de esta suerte, el culto de adoración á la divina Majestad, y que sirva también de expiación

y desagravios de cuantos olvidos y profanaciones sufre de los que la desconocen y blasfeman.

El culto al Santísimo Sacramento, fuerte inagotable de salud y misericordias; la devoción al Sacratísimo Corazón de Jesús, símbolo é imagen viva del amor entrañable de nuestro Dios hacia el hombre: hé ahí los dos blancos que os presentamos de vuestra piedad y de vuestros devotos obsequios para siempre y por modo especial durante el mes de Junio.

Nuestros venerables Párrocos redoblarán el celo de su ministerio para solemnizar con la mayor pompa los cultos que recomendamos, preparando fiestas y procesiones religiosas, singularmente en las villas y poblaciones más crecidas, para la mayor gloria y triunfo de nuestro Rey adorable Redentor.

El cual derrame sobre todos vosotros, amadísimos diocesanos, largas y copiosas bendiciones, mientras os envía la suya cordialísima vuestro afectísimo Prelado † en el nombre del Padre † y del Hijo † y del Espíritu Santo. Amen.

Salamanca: festividad del Corpus Christi, 1.º de Junio de 1899.

† EL OBISPO DE SALAMANCA

OBISPADO DE SALAMANCA

De conformidad con la costumbre admitida en este Obispado, damos el competente permiso para que los fieles dedicados á las faenas de la recolección puedan, durante ésta, trabajar en los días festivos cuando la necesidad lo exigiere, á excepción de las festividades de San Pedro, Santiago y Asunción de la Virgen Santísima, sin que por ello queden dispensados de la obligación de oír misa en los domingos y días de precepto. Los Sres. Curas párrocos y demás encargados de parroquias al dar conocimiento á sus feligreses de esta nuestra disposición, les pondrán de manifiesto la benignidad

de Nuestra Santa Madre la Iglesia, suavizando cuanto le es posible el cumplimiento de sus mandamientos y dispensando de ellos siempre que motivos razonables lo requieran y consienten; y les exhortarán además amorosamente para que santifiquen con algunos actos de piedad esos mismos días festivos, en los cuales se les autoriza para trabajar.

Salamanca 1.º de Junio de 1899.

† FR. TOMÁS, *Obispo de Salamanca.*

UNIVERSIDAD LITERARIA DE SALAMANCA

JUNTA DE LOS COLEGIOS UNIVERSITARIOS

Hallándose vacante una beca en el suprimido Colegio menor de Santa Cruz de Cañizares de esta ciudad, los jóvenes que deseen optar á ella dirigirán sus instancias documentadas al Excmo. Sr. Rector-Presidente de la Junta de los Colegios Universitarios, dentro del término de un mes, á contar desde la publicación de este anuncio en la *Gaceta de Madrid*, *Boletines oficiales* de esta provincia y de la de Ciudad-Real, y *Eclesiásticos* de las diócesis de Santiago y Salamanca.

Conforme á lo que determina el Reglamento general de la Institución, serán las becas de este Colegio para las facultades de Teología y Derecho, alternativamente, cubriendo ésta última el presente turno; gozarán de preferencia los sacerdotes que la solicitaren, y se proveerá, en otro caso, en un joven soltero de buena vida y costumbres, católico é hijo legítimo, guardándose, además, el siguiente orden de prelación:

- 1.º Los parientes del fundador, Ilmo. Sr. D. Juan de Cañizares, Arzobispo electo de Santiago;
- 2.º Los naturales de la ciudad de Almagro;
- 3.º Los de la diócesis de Santiago, y
- 4.º Los de la diócesis de Salamanca.

El agraciado disfrutará la pensión de dos pesetas diarias,

tendrá opción á que se le costeen los títulos de Bachiller, Licenciado y Doctor, en cuyo último período será pensionado con cuatro pesetas diarias, y gozará otras varias ventajas si hiciese su carrera en las condiciones establecidas al efecto, de las cuales, así como de todas las demás á que habrá de someterse, será oportunamente enterado.

Salamanca 10 de Mayo de 1899.—*El Rector-Presidente*, MAMÉS ESPERABÉ LOZANO.—*P. el Vocal-Secretario*, AGUSTÍN MONTEJO.

INSTRUCCIÓN

PARA EL EJERCICIO DEL PROTECTORADO DEL GOBIERNO
EN LA BENEFICENCIA PARTICULAR

TÍTULO PRIMERO

DEL PROTECTORADO

CAPÍTULO PRIMERO

Funciones del Protectorado y Autoridades que lo ejercen

Artículo 1.º El Protectorado de las instituciones de Beneficencia comprenderá las facultades necesarias para lograr que sea cumplida la voluntad de los fundadores en lo que interese á colectividades indeterminadas.

Art. 2.º En las herencias y legados benéficos que no impliquen obligaciones permanentes, la acción del Protectorado cesará con el cumplimiento probado de la voluntad del testador.

Art. 3.º En las asociaciones benéficas creadas y reglamentadas por la libre voluntad de los mismos asociados y sostenidas exclusivamente con las cuotas obligatorias de éstos, ó con bienes de su libre disposición, y en los estableci-

mientos propios de los que gobiernen y administren, el Protectorado no tendrá otra misión que la de velar por la higiene y por la moral pública.

Art. 4.º En las fundaciones que revistan carácter exclusivamente familiar el Protectorado respetará la competencia de los Tribunales de Justicia.

Art. 5.º Cuando el fundador relevare á sus patronos ó administradores de la presentación de cuentas, no tendrán éstos la obligación de rendirlas regular y periódicamente, pero sí la de justificar el cumplimiento de las cargas de la fundación, siempre que sean requeridos al intento por Autoridad competente.

Art. 6.º Cuando por disposición explícita del fundador quedase el cumplimiento de su voluntad á la fe y conciencia del patrono ó administrador, sólo tendrán éstos la obligación de declarar solemnemente dicho cumplimiento, acreditando que es ajustado á la moral y á las leyes.

CAPÍTULO II

Del Ministerio de la Gobernación

Art. 7.º Corresponde al Ministerio de la Gobernación, con las formalidades que se expresarán, las siguientes facultades:

- 1.ª Clasificar los establecimientos de Beneficencia.
- 2.ª Crear, agregar y segregar fundaciones por iniciativa propia ó en cumplimiento de voluntad privada; modificarlas en armonía con las nuevas conveniencias sociales, y suplir, por medio de los acuerdos y nombramientos absolutamente necesarios para el orden regular de las instituciones, las evidentes omisiones de los fundadores.
- 3.ª Aplicar los fondos sobrantes ó de objeto caducado en las fundaciones particulares á otro servicio inexcusablemente benéfico y de carácter particular.
- 4.ª Autorizar á los representantes legítimos de las funda-

ciones, cuando no lo estuviesen por otro título, para defender los derechos de éstas ante los Tribunales de justicia, para transigir sus litigios, para vender sus bienes inmuebles no amortizados, para convertir en títulos al portador las inscripciones intransferibles y para negociar los demás valores representativos de capital.

5.^a Acordar las reglas generales para el ejercicio del Protectorado y decretar inspecciones y visitas extraordinarias.

6.^a El nombramiento, suspensión, destitución y renovación total ó parcial de las Juntas provinciales, municipales y de patronos.

7.^a El nombramiento, suspensión, destitución y renovación total ó parcial de las Juntas encargadas de ejercer en nombre del Gobierno el patronazgo que por ley ó por título de fundación les corresponda en establecimientos benéficos y de las destinadas á patrocinar las de carácter permanente que por cualquier circunstancia no conservasen el número de patronos designados por la fundación.

8.^a Aprobar los reglamentos que las Juntas provinciales, municipales y de patronos deberán formar para su régimen interior.

9.^a Confiar á las Juntas provinciales el patronazgo de las instituciones de Beneficencia que se hallen en alguno de los casos siguientes:

1.^o Pendientes de regularización, ínterin se realiza ésta con arreglo á la voluntad de los fundadores y á las leyes.

2.^o Huérfanas absolutamente de representación porque fuese aneja á oficios suprimidos ó á personas que la han abandonado ó renunciado, porque no se conocieran los individuos llamados á desempeñarla, ó porque el mejor derecho á su ejercicio se ventila ante los tribunales de Justicia.

3.^o Suspensos ó destituídos todos los que llevaren su representación legal.

4.^o Encomendada por ley ó fundación al patronazgo de los Gobernadores de provincia.

No obstante, cuando el fundador hubiese dispuesto la manera de proveer la representación de la fundación en los casos anteriormente indicados, se estará á lo prevenido por él.

10. Confiar á los Administradores provinciales la administración de las fundaciones que, respecto á esta fundación, se encontrasen en alguno de los casos de la facultad anterior.

11. Nombrar, suspender de ejercicio y sueldo, y destituir á los Administradores provinciales y municipales, y aprobar los sueldos de unos y de otros.

12. Formar el oportuno escalafón de los Administradores provinciales, en armonía con las disposiciones de las leyes de Presupuestos.

13. Formar asimismo, para el mejor servicio de la Beneficencia particular, un cuerpo de aspirantes á las plazas de Administradores provinciales.

Este cuerpo de aspirantes lo constituirán los Administradores municipales, los empleados de las Juntas provinciales y los demás funcionarios del ramo, siempre que al solicitar el ingreso justifiquen haber prestado dichos servicios durante diez años y reunir las condiciones exigidas á los Administradores provinciales.

14. Nombrar y separar á los Delegados y Abogados del ramo.

15. Aprobar, modificar ó alzar las suspensiones de Patronos, Administradores y encargados particulares decretadas por los Gobernadores de provincia y acordarlas por sí mismo, cuando las juzgue procedentes.

16. Destituir Patronos, Administradores y encargados particulares.

17. Resolver en definitiva, sin perjuicio del recurso contencioso administrativo, cuando proceda, las reclamaciones que se interpongan contra los acuerdos de la Diputación.

CAPÍTULO III

De la Dirección general

Art. 8.º Corresponde á la Dirección general de Administración, que en tal concepto ejerce el Protectorado de la Beneficencia, con las formalidades que se expresarán, las facultades siguientes:

1.ª Autorizar la entrega de los valores de Deuda pública, emitidos por liquidación ó conversión á favor de las fundaciones y el pago de los intereses correspondientes.

2.ª Aprobar los presupuestos y las cuentas de las Juntas provinciales y municipales de Beneficencia, de las de los Patronos y de los Administradores provinciales, municipales y particulares.

3.ª Aprobar las fianzas de los Administradores provinciales y municipales y alzarlas cuando proceda.

4.ª Aprobar los expedientes de investigación.

5.ª Girar inspecciones y visitas extraordinarias.

6.ª Autorizar á los representantes legítimos de las fundaciones, cuando no lo estuvieren por otro título, para negociar los valores de Deuda pública al portador que les pertenezcan en concepto de renta.

7.ª Autorizar los arrendamientos, obras y suministros que afecten á la Beneficencia particular, cuando excediesen las facultades de los representantes legítimos de las fundaciones.

8.ª Aprobar, á propuesta de los respectivos representantes, el sistema de contabilidad que ha de seguirse en las fundaciones que careciesen de esta previsión.

9.ª Confirmar y desestimar las resoluciones de los Gobernadores, suspendiendo los acuerdos de las Juntas.

10. Resolver los recursos de alzada que se interpongan contra los acuerdos de las mismas Juntas.

11. Formar la estadística general de la Beneficencia particular.

CAPÍTULO IV

De los Gobernadores de provincia

Art. 9.º Corresponde á los Gobernadores de provincia, dentro del territorio de su mando, y hasta donde lo permitan las atribuciones que las leyes les confían, representar y ejercer el Protectorado, y especialmente las siguientes facultades:

1.ª Proteger en los derechos de patronazgos y administración á las personas llamadas á su ejercicio por la ley ó por título de fundación.

(Continuará)

NECROLOGÍA

✦ El día 3 del pasado Mayo falleció el Presbítero D. Ignacio Martín Canillas, de la diócesis de Ciudad-Rodrigo, que pertenecía á la Asociación de Sufragios Espirituales del Clero; en su virtud, los Sres. Socios se servirán aplicar una misa y rezar tres responsos por el eterno descanso de su alma.—R. I. P. A.

El día 14 de Mayo último falleció en Quindimil, diócesis de Lugo, donde se hallaba dando santas Misiones, el R. P. Juan Conde, de la Compañía de Jesús. Hijo de esta diócesis de Salamanca, misionero en ella por espacio de cuatro años, deja gratísimos recuerdos de bendición. Suplicamos oraciones á los lectores del BOLETÍN para el alma del virtuoso siervo de Dios, aun cuando, piadosamente pensando, habrá ya recibido en la gloria el galardón de los justos.—R. I. P. A.

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, á cargo de L. Rodríguez.—Teléfono 17